



Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnia hujus
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de
Coloniae Agrippinae, 1655**

I. Qvae hoc II. libro continentur, vix fore vt à posteris vmquam facta fuisse
creda[n]tur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

LIBRI SECUNDI
ARGUMENTUM.

CAPUT I.

- I. Quae hoc II. libro continentur, vix fore ut à posteris
omnium facta fuisse credantur.
- II. Vnitas Ecclesia post Lutheri aduentum in varias
partes scissa.
- III. Origo Anabaptistarum.
- IV. Muncerus eorum Apostolus prodit.
- V. Saxonia Dux ne Muncerum ejceret à Luthero im-
peditur.
- VI. Miracula Munceri eiusque discipulorum.

Hic ego te appello, chara posteritas.
Quid tibi animi erit ista legenti? An
cum Lemocrito incredibilem mai-
orum tuorum ridebis stultitiam; an vero
cum Heraclito tot ex una Hæresi in viuendum
Mundum, adeoque super te quoque effusas mis-
terias deplorabis? Inuenientie fidem apud te quæ
in hac tamquam tabula ad viuum repræsentata ad-
spicies? Credesne vnum sèculum tot peperisse
monstra; vnum Monachum tot apostatas? Adcu-
iusti tubam aperta abyssum, (a) tot maligni ac furiosi spiri-
tus exfiltrerunt, qui pestilem suo afflatu uniuersam Chri-
stianam rem publicam miserrimum in modum infec-
runt, omniaque depopulati sunt. Mibi quidem fune-
stam hanc turmam intuenti.

— stant horrore coma, & vox faucibus haret.

Nam quis Apelles aut Protagoras tot monstra
ad viuum depingat? Couabor nihilominus: picto
rem illum imitans, qui ingentem hominum turbam
vel exercitum depictingus, ante signos tantum &
principios duces cum omnibus lineamentis, armis
& insignibus, reliquam vero multitudinem confusa-
sa quadam umbra, hic capite, illi pede, ibi aliquo
alio membro existante, expressit. Sic ego quoque
principios hæreticorum manipulorum, sub Lu-
thero summo exercitus duce, præfectos, ad viuum
quoad potero, tibi representabo, cum eorum ar-
mis, insignibus & impedimentis; calonum, lizarum
& reliquam mediastinam turbam digito tantum
velut indicare contentus. Sed quemadmodum per-
itus bellidux hostiles copias è tumulo coetem-
plans, non primæ tantum sed & postremæ aciei in-
tentione, iter consilia obseruat: sic prudens Le-
ctor exercitum hunc Ecclesiæ hostium aspiciens,
non solum qui qualesq; fuerint qui primos ducunt

ordines, sed etiam qui agmen claudunt, facile ob-
seruabit. Sed vt dixi, pleramq; eorum patrem confu-
sa tantum umbra representabo. Nam quis in tanta,
hominum dicam an mōstrorum colluic, quā etiam
summus ipsorum dux detectatur, ullum ordinem
seruare? Quid tam multiformem diuersitatem cer-
tis lineamentis & coloribus exprimere possit?

*Ac velut annosa erumpens ex arbore densum
Vesparum (b) examen, magno cum murmure circum
Hinc atq; inde volat, reddit haec, abit illa, volando
Sæpeq; impediunt, subitus supraq; feruntur,
Et capita inter se quassant stridentibus alis.*

Sic infra videbis confusam hanc & vagabundam
diuersissimorum hereticorum turmam sine ordi-
nione, tumultuario inter se prælio configente. (c)

II. Eo tempore quo turba & confusione in
Germania naci cœperunt, quod fuit circa annum
MDXVIII. vniuersa Christianitas vna fide & reli-
gione erat unita, non nisi vnum Deum agnoscet, ei
ius Vicario obediebat, eius statuta & decreta am-
pletebatur; sic vt vna omnium anima, sensus, vox,
lingua esset: omnesque in vnius capituli notu ac sa-
pienti gubernatione acquisicerent. Vnatum erat
Ecclesia, Catholica vere appellata, vt quæ sua V-
niuersalitate tam omniū dogmatum reuelatorū,
quam hominum tum præsentis, tum p̄æteriorum
sæculorum Christianitatem amplectebatur. At
postquam Lutherus indiuisibilem hanc unitatem
dissoluit, pars illa aulsa momenti temporis turbis
in infinitas alias diuisa fuit: (d) vnde primus huius
divisionis auctor ita fuit attonus, vt facti pœni-
tere, ac remedium velle querere videretur. Sed fa-
cile intelligebat, operam & oleum se perditurum.
Sic enim inquit: (e) Quid hoc esse dicam? Vix vnum os
diaboli obturo: & ecce decem ille alia aperit. Tum enim
quisq; inter primos esse volebat. Vnus clamabat:
Ecce hic Christus, (f) alius contra: Non ibi est, Sed ecce
apud me. Omnes à Deo excitatos, à Deo missos se
dicebant: non aliter quam si Spiritus Sancti affi-
stantia non minus infallibiliter vnicuique singu-
latim, quam Ecclesiæ generatim esset promissa.
(g) Licebat vnicuique de Deo sentire, scribere,
& loqui quid & quomodo vellat, nullo anti-

que
a Apocal. 9 prolixe Lutherus cum sequacibus descri-
bitur. b Apocal. 5. Locustis assimilantur Lutheri sequa-
ces. c idcirco S. Ioan. loco cit. Vocat. Locustas armatas in
prælium d bellic. histor. Aug. conf. fol 15. & 16. e colloq.
mens. fol. 58 b fol. 273. b. & in prefat. in 1. Tom. Germ.
Ien. f Matth. 14. g Eder inquisit. Euang. part. 1. fol. 9.